

et persequi, disciplinae in primis nostrae alumnorum
caussa: harum nunc vulneribus mederi quibusdam,
adhibita eadem illa regula, conabimur.

III. Eo enim, quo Phinei, Paeoniae regis, fa-
bulam complexa est explicavitque doctrina Palae-
phati, Capite *) haec leguntur verba, ἰσορῆσαι περὶ
Φινέως, ὡς διέφθερον αἱ ἀρπυιαὶ τὸν βίον αὐτῶν. ut
quidem edidit Drefigijs, Arundeliani Oxoniensium-
que Codicum auctoritate. At vero retinere debebat
Vir doctissimus et tueri scripturam libri Aldini ὡς
διεφόρην, quae fide Constantinopolitani Codicis fir-
matur, et genuina haud dubie lectio est, quum
διαφορεῖν elegantius omnino sit exquisitiusque ver-
bum, quam ut videri possit Grammaricorum ingenijs,
manibusue librariorum rudibus, deberi. Etsi enim
verbum illud primo quidem et proprie de iis usur-
patum constat, qui differunt aliquid ita, ut apud I.
Caesarem **) ventus legitur distulisse ignem, adeo ut
nihil discreparet ab verbo διασκορπίζειν, quo Hesy-
chius istud explicat: consuetudo tamen, domina
linguarum, eo non tantum de iis v̄sa reperitur, qui
rem aliquam diuulgant ***) , sed etiam de his, qui

B 3

aliquid

*) C. 23

***) Hom. Odyss. τ', 333 f.

**) B. C. 2, 14. Cui qui-
dem loco simillimus est lo-
cus Pausaniae 8, 27 p. 657
Kuhn. κατέλυσε τε γὰρ [ὁ ἀνε-
μος] τὸ μηχανήμα τῶν Ἀργείων,
καὶ διεφόρησεν ἐς ἀπώλειαν παν-
ταχῶν, βιαίῳ τῷ πνεύματι ὁμῶς καὶ
συνεχῶς. add. Vell. Pat. 2, 79.
3 ibique Burmanus.

τῶν μὲν τε κλέος εὐρὺ διὰ ξῆνοι
φορέουσι πάντας ἐπ' ἀνδράπας
vbi Eustathius: διαφορέουσι
ἀντὶ τῶν διαφέρουσι, διακομίζουσι
πανταχῶς. Pseudodidymus:
διαφορέουσι διαδιδόουσι, διαφημι-
ζονται.